*De captivis redimendis.*

In AUTHENT. ut cum de appell. cog. §. fi unum de prædictis. col. 8. tit. 16. al. tit. 12. seu Novell. 115. c. 3.

SI [1] *captivi* [2] *alicujus liberi seu cognati redemptionem ejus neglexerint : non solum exheredari possunt , sed etiam lege* [3] *denegatur eis successio : & si fuerint scripti heredes , tantum valeat testamentum in aliis* [4] *capitulis. Hæc ergo successio defertur Ecclesiæ* [5] *civitatis ejus , expendenda scilicet in captivorum redemptionem. Multo* [6] *magis , si extraneos instituerit, qui redimere superfedeant. Excipitur minor octodecim annis.*

† *Qui* [7] *autem redimere studeat , si proprias non habeant pecunias, super* [8] *quibuslibet rebus ipsius in eam causam recte contrahunt, etiamsi minores viginti quinque annis sint , majores tamen octodecim , qui tamen* [9] *pro majoribus viginti quinque hic accipiuntur. Et captivi , si reversi fuerint , coguntur* [10] *habere ratum contractum.* † *Eadem* [11] *pœna est parentum , si redemptionem neglexerint liberorum* [12].

*De peculio clericorum , & querela inofficiosi.*

50. Idem A. Joanni [13] P. P.

CUm lege Leonina viris reverendissimis Episcopis , & presbyteris & diaconis peculium [14] habere quasi castrense concessum est : eo addito , ut & in ipso testari possint : dubitabatur , si hujusmodi testamenta debeant de inofficioso querela expugnari : cum de omnibus personis , quæ hujusmodi peculium meruerunt , eadem fuerat quæstio exorta ? Sancimus itaque, viris reverendissimis Episcopis , & presbyteris, & diaconis , qui tale peculium quasi castrense possident, super his tantummodo rebus , quæ quasi castrensis peculii sunt, non solum ultima condere secundum leges elogia licere ; (quod ex Leonina constitutione descendit) sed etiam eorum ultimas voluntates super his tantummodo habitas , de inofficioso querelæ minime [15] subjacere. Dat. Non. Februar. CP. post CONS. LAMPADII & ORESTIS, anno II. 532.

*De præscriptione fori , & renunciatione juris sui.*

51. Idem A. Joanni P. P.

SI [16] quis [17] in conscribendo instrumento [18] *sese* confessus [19] fuerit *non* [20] *usurum fori præscriptione* [21] *propter sacerdotii* [22] *prærogativam :* sancimus non licere ei adversus [23] sua pacta venire , & contrahentes decipere [24] : cum [25] regula [26] sit juris antiqui , *Omnes* [27] *licentiam habere his, quæ pro se indulta* [28] *sunt, renunciare.* Quam generalem legem in omnibus calibus obtinere sancimus , qui necdum per judicialem sententiam vel amicabilem conventionem sopiti sunt. Dat. Kal. Sept. CP. post CONS. LAMPAD. & ORESTIS VV. CC. 532.

*De tutela & cura.*

52. Idem A. Joanni P. P.

GEneraliter [29] sancimus ; omnes viros reverendissimos Episcopos, necnon presbyteros, diaconos & subdiaconos , & præcipue monachos , licet [30] non [31] sint clerici , immunitatem [32] ipso jure omnes habere tutelæ [33] sive testamentariæ , sive legitimæ , sive dativæ ; & non solum tutelæ eos esse expertes ; sed etiam curæ [34] ; non solum pupillorum , & adultorum ; sed & furiosi , & muti , & surdi , & aliarum personarum, quibus tutores , vel curatores a Veteribus legibus dantur.

§. 1. Eos tamen clericos & monachos hujusmodi habere beneficium sancimus , qui apud sacrosanctas ecclesias , vel monasteria permanent, non divagantes [35] , neque circa divina ministeria desides : cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgeamus , ut , aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant [36]. §. 2. Et hoc non solum in vetere Roma , vel in hac Regia civitate , sed & in omni [37] terra ubicumque Christianorum nomen colitur , obtinere sancimus.

In AUTHENT. de sanct. Episc. §. Deo autem amabiles. coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 5.

P*Resbyteros , diaconos , aut subdiaconos , jure cognationis ad tutelam vel curam vocatos , suscipere permittimus* [38] *: si tamen intra quatuor* [39] *menses , ex quo vocati sunt , apud judicem competentem in scriptis declaraverint , talem administrationem propria se voluntate suscepisse. Si quis autem sic fecerit , nullum ex hoc præjudicium circa alienam tutelam , vel curam patiatur.* §. 1. *Episcopos autem vel monachos tutelam alicujus personæ subire non permittimus.*

*De curialibus & taxeotis.* 1. *De clericis aut monachis suum ordinem deserentibus & in armatam militiam transeuntibus.* 2. *De substitutione aut fideicommisso sub conditione defectus liberorum.* 3. *De solutione matrimonii , & dote , ac donatione propter nuptias.*

53. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus [40], neminem omnino , neque curialem [41] , neque taxeotam , episcopum aut presbyterum de cætero fieri : nihil [42] attinente, aut attingente hac lege eos , qui ante eam hujusmodi sacerdotio digni habiti sunt : de cætero vero neminem omnino , qui supradictæ sit fortunæ , ad prædictas confecrationes ascendere [43] : & maxime si & jam antea ministraverat , aut taxeoticis fervierat justionibus : eum enim, qui enutritus est in executionibus vehementibus (seu asperis), & his , quæ ex ea re accidunt , peccatis ; non utique æquum fuerit , modo [44] quidem & illico esse taxeotam , & buleutam , & facere omnium acerbissima ; mox autem sacerdotem ordinari , de humanitate & innocentia exponentem dogmata. † Præterquam si [45] ab infantia , & nondum quidem ephebiam excedente ætate , ei contigit inter reverendissimos monachos connumerari , & morari in eo ipso schemate [46] : tunc enim permittimus ipsi, & presbyterum fieri , & ad Episcopatum venire : cum sit manifestum , simulatque tale quid evenerit , & dignus sacerdotio apparuit ; quod confestim licentiam habebit manere in Episcopatu , & ministrare , dummodo quartam [47] partem suæ substantiæ universæ præbeat decurionibus , & fisco (secundum nuper [48] de quarta parte politam a nobis legem) aut soli fisco , si quidem taxeoticæ fortunæ ei esse contigerit. † Si vero , & in reverendissimis Archimandritis censeatur, & manserit inter ipsos : & hoc etiam modo damus fortunæ liberationem , quartam & tunc partem suæ substantiæ (ut prædiximus) præbituro : aliter autem neque illi ordinari concedimus , neque ordinato tale quid agere permittimus. † Sciente tua excellentia, quia hæc observari debent ab omnibus Deo amabilibus Episcopis , pœnam expectaturis circa ipsum sacerdotium , si quid tale fecerint : præter id, quod etiam nec ipse ordinatus sacerdotio fruetur , licet fuerit antea in aliquo gradu sacerdotii ordinatus , sed inter privatos redigetur, & ministeria [49] exequetur, quibus subjacebat prius. † Quæ omnia obtinere in futurum volumus tempus : quoniam tunc primum a nobis inventa sunt : non pertinente ullo modo hac lege (ut diximus) ad eos , qui semel hac dignitate sacerdotali decorati sunt : sed licentiam habentibus ipsis per substitutos ministrare , juxta Theodosii , & Valentiniani piæ memoriæ constitutionem [50] , quæ ad Thomam rescripta est.

§. 1. Ad hæc & illud justum esse , & obtinere , & in usu esse sancimus ; quod positum ab initio , & usu observatum , nescimus quonam modo in dissuetudinem abiit. Meminimus enim , nos in Arcadii , & Honorii piæ memoriæ constitutionem [51] incidisse , volentem clericos, si neglexerint suum ordinem , & in qualemcunque armatam militiam transierint ; vel depositi a Deo amabilibus Episcopis , militare ausi fuerint ; mitti quidem ipsos militia adepta , tradi vero civitatum curiis ministraturos in posterum publico ; quando & Domini Dei servitio, quamdiu militarunt, se abdicaverunt. † Quæ omnia obtinere ex hac nostra sancimus lege , jubentes , ipsos statim & confestim civitatis illius, ex qua sunt, fieri curiales : nisi vehementer curialibus abundet civitas : quo casu vicinæ [52] , vel ulteriores etiam usque ad unam provinciam alteram , ubi maxime curialium constituta est penuria. Si vero latitantes [53] , (ut probabile est) fiant : licentiam damus curialibus statim ingredi res eorum , eorum bona detinere , & satis sibi fecundum legem inde facere. Hæc igitur super reverendissimis clericis cujuscunque gradus obtinere in perpetuum sancimus ; & in his , quæ jam perpetrata sunt , obtinere legem eam volentes , quæ & prius erat.

† Quoniam autem & quandam constitutionem [54] invenimus de monachis differentem , & volentem ipsos non relinquere propria monasteria , neque turbare civitates , quam & ad quoddam sanctitam esse tempus quidam suspicantur : oportere existimavimus occationem inde accipientes perfectiorem , & in omne tempus etiam hoc reformare, ita ut nemini de cætero reverendissimorum monachorum licentia sit, tale quid agere, & relinquere quidem monachicum habitum [55], circumcingere autem qualemcunque militiam, aut cingulum, aut dignitatem, aut corum, qui in judiciis versantur, sequi vitam, & Dei servitio humanas occupationes præferre aut cognoscere : illo, qui tale quid fecerit, dando [56] curiæ civitatis illius, aut illius ex qua est, aut etiam alterius , ut prædictum

---

1 Usus hujus Authenticæ hic est apud Gallos. Captivus de suis testari potest , si postea liberatus moritur intestatus , ei succedet , non ecclesia , sed proximus : quamvis redemptionem captivi neglexerit , quia ipse ingratitudinem videtur remisisse , si non est in vita conquestus. *L. ult. in fin. ff. de revoc. donat.* Quid si in ipsa captivitate moritur intestatus ? Bona ejus posse applicari fisco putat Rebuffus *in proœmio cauſſat. glosſ. 5. num. 8.*

2 *Subaudi* , a latronibus , furibus , hostibus , piratis & similibus : quinimo custodia publica claudi , etiam pro quantitate aliqua pecuniaria : modo non perpetua fit custodia, aut justicis sententia definita. Fruſtra namque pro eiusmodi captivo redimendo laboratur. *Goth.* Hæc authentica pluribus in locis in desuetudinem abiit. Vide *Gruenewegk.* hic ad intellectum autem. vide Ludovic. Bolog. *ad l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. num.* 123. Fulgoſ. *conſil.* 81. Tiraquell. *tract. cogn. cauſ. in 1. parte num.* 25. & *poſt leg. connub. glosſ. 8. num.* 284. S. L.

3 Ipso jure : neque fenientia judicis requiritur. *Inno.*

4 Legat. igitur ad pias cauſas hic præſtantur : licet ex teſtamento non adeatur hereditas.

5 Non proximis. vid. *l. 1. ff. de ſecund. nupt.* 6 Hereditas facilius eripitur extraneo heredi , quam conjuncto. 7 Etiam extranei. 8 De re captiva , redimendi ejus cauſa , contrahere etiam extraneus poteſt. 9 Minor viginti quinque, major octodecim annis pro majore habetur , ut captivi bona , pro eo redimendo poſſit obligare vel vendere , atque ita pretaxta cauſa ætas minoris ſuppletur. 10 Etiam inviti captivi redimi poſſunt. *arg. l. 6. ff. de appell. l. 3. ff. de ab. cauſa , l. 52. §. 10. ff. pro ſocio.* 11 Redimere captivos liberos parentes debent , ut a liberis redimi decent. 12 Quid ſi legitimam captivus conſecutus ſit a patre , vel hoc etiam caſu parens filium liberare cogitur , ne in hujus legis pœnam incidat. Nam ut maxime legitimam filio captivo jam dederit , pietatis tam in officia in filium exercere cogitur. Caſtrenſis *hic.* Quæritur hoc utiliter poteſt , utrum quod filii redimendi cauſa pater numeraverit , id in legitimam filii poſſit imputari necne ? Bartolus negat reſte imputari pietatis favore. *l. liber captivis.* 17. *l. de poſtliminio reverſis.* Bart. *in l. Stichus.* 16. *in fin. ff. de peculio legato.* Quid ſi filii captivi liberandi nomine ſe pater obligavit , necdum numeravit ? ſolida obligatio legitimæ filii non imputabitur , ſi pietate paterna , ſe pater obligavit : ſecus ſi neceſſitate ſoluti. Bald. *l. filia.* 18. *n.* 19. *f. familiæ.*

13 Is fuit Joannes Capnion Phorcenſis homo literatus , ſed ad avaritiam Imperatoris ingeniosus miniſter , quam dum ſatiaret , non Deum, non hominem pauſi habere ſolitus. Ut ex Procop. *Perſic.* 1. notat Grot. hic. *S. L.*

14 Clerici peculium quaſi caſtrenſe habent. *l. 34. ſuper. h. t.* 15 Puto hoc abrogatum eſſe *per Novell.* 123. c. 19. & Authenticam , *Presbyteros. J. h. t.* 16 *l. 29. J. de pact.* Hæc lex non ſervatur jure canonico. *c. ſi diligenti. 12. extr. de foro compet.*

17 Puta clericus. 18 Puta mutus. 19 Ultro , vel pactis vel per ſtipulationem. 20 Qua alias uti poſſet , niſi ei renunciaſſet. 21 Id eſt, exceptio.

Veteres ita habe : Quemlibet foro ſuo renunciare poſſe , ſi modo forum litigatoris favori contribuatur eſt , non honori ſuſticum. Sic vaſalli , etiam inviti coguntur de feudo apud *pares* Curiæ ſtrigere. Caſtri dominis regis Galliæ etiam volentibus partibus apud alios judices quam ſuperiores Curiæ agi non poſſunt. Ad hæc privati jurisdictionem non habentes tribuere eam non poſſunt , v. Bald. *hic.* 22 Sacerdotii enim prærogativa jus fori ſpeciale tribuit. *Authent. ſi ſtatumus. poſt l. 33. ſuper. h. t.* 23 Renunciare poteſt quis etiam foro ſuo. Hujusmodi renunciationi itari oportet , ne aliquin adversus pacta venitur , ut *hic.* Hodie clericus foro ſuo renunciare non poteſt. Cur ? vid. *c. ſi diligenti. 12. ext. de foro compet.* 24 Prima ratio decidendi. 25 Altera ratio decidendi. 26 De qua vide quæ notavi *ad l. 29. J. de pact.* 27 Renunciare juri bono pro ſe introducto quique regulariter poteſt , v. tamen exceptiones varias apud Socin. *regula , Renunciare. 339. & d. c. 12. & c. 15. extr. de for. compet.*

28 Al. *inducta* : al. *introducta.* 29 Hæc conſtitutio extat , *cauſ. 16. quæſt. 1. can. generaliter.* 30 Clericorum appellatione qui continentur, vid. *Novv.* 123. c. 19.

31 Monachi non ſunt clerici , fieri tamen poſſunt clerici. *l. 2. Cod. Theod. de epiſcop.* 16. qu. 1. *can. de monachis.* 3. ut Julianus Apoſtata ex monacho factus eſt clericus in Ecclesia Nicomedie. Aug. *Epiſt.* 76. v. Cujac. *Novv.* 6. 32 Clerici inviti tutores non dantur. 33 Quin tutores eos dari concilia vetant , ut Cyprianus ſcribit *l. epiſt.* 9. 34 Adde Canonem *Apoſt.* 6. & 80. 35 V. *Novv.* 123. *cap.* 9. huc refer Novell. 123. Hieronymum *ad Paulinum* , ſi cupis eſſe quod diceris , id eſt , ſi cupis monachus ſeu ſolus eſſe, quod facis in urbibus : *cauſ. 16. qu. 1. can. ſi cupis.* 5. Eugenius Papa : ſicut pisces ſine aqua carent vita : ita ſine monaſterio monachus , *cauſ. 16. quæſt. 1. can. placuit communi.* 8. Duplex eſt opus monachi , aut divinis vacare ſcripturis , aut opera manuaria meditari. *Novv.* 133. c. 6. *in pr.* 36 *l.* 32. §. 4. *ff. de recept. qui arbit. Nov.* 123. c. 6.

37 Subaudi , quæ imperatori ſit ſubjecta : alias extra territorium conſtitutia vim non exerit. *l. ult. ff. de jurisdict.* 38 Non tamen inviti accipient. v. Cujac. *Novell.* 123. *cap.* 5.

39 V. Cujac. *cap.* 16. *de præſcript.* 40 Interpretatio Contii. 41 Βυλευτὴν *παρὰ τὰξιν. Græci hic.* v. ταξιωτικοὶ, curiales decuriones, curiæ civitatis obnoxii ; ταξιωτικὴ τύχη , curialis conditio, *diſtinct.* 51. §3. *Novell.* 123. c. 15. 42 Lex ad præteritos caſus in dubio non extenditur. 43 Ιερατίσαι. 44 Hinc illud Hieronymi *ad Oceanum :* Heri catechumenus , hodie pontifex : heri in amphitheatro , hodie in eccleſia : veſpere in circo , mane in altario : dudum ſutor hiſtrionum, nunc virginum conſecrator, audæ quæ notavi *ad Novv.* 133. c. 1. *in fin. & l. 7. §. 2. ff. de jurisdict.* 45 Id eſt , habitu , Plautus in *Amphitr.* Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini , Quod ego hoc procedi , ſic cum ſervili ſchemate. 47 Quarum bonorum decima *quarta pars. adde Novell. 6. c. 1.* 49 De quibus *l. ult. J. de decurionibus.* 50 *l. 21. ſupr. h. t.* 51 *l. 12. ſuper. h. t.* 52 Adde *l. 26. §. 1. ſuper. de ſacroſanct. Eccl.* 53 Pœnam latitantis curialis nota. 54 Forte *l. 29. §. h. t.*

55 Μοναχικὸν ἅγιασμα. 56 *Novell.* 5. c. 6. Ex Novella Leonis hujusmodi desertor non datur Curiæ , ſed ad monachismum revocatur. *Nov. Leon.* 7. §.





eſt , & ſi quidem locuples ſit , etiam pecuniaria ſubiturus munera : ſin minus , corporalia munera , & hic licentia danda curiis , (ut prædiximus) ſi inviſibiles [1] fiant , occupare bona , & ſibi ex his ſatisfacere ſecundum legem. In omnibus autem caſibus , in quibus asciscere ex his curias jubemus cauſis , volumus mediam quidem horum partem curiales ſuſcipere non in auro , ſed immobili poſſeſſione , vel quæ ſubſit , vel quæ ſit comparanda ſecundum prius a nobis emiſſam legem , aliam vero dimidiam generali menſæ tuæ excellentiæ inferri ; ut tuus [2] etiam thronus provideat vigilanter , ne quid tale (commiſſum) lateat ; ſed , ſimulatque quid factum fuerit , conveniens ſuper hoc fiat medela, præterquam ſi [3] nunc ipſi ultro & ſponte militiam reliquerint , vel ſimpliciter quod habent ſchema & ad monachicam rurſum ſerio & vere revertantur vitam , & inter reverendiſſimos clericos connumerari feſtinent. Si enim hoc fecerint intra annum unum ab hac lege lata , remittimus eis pœnam , ſufficere ipſis ex exercitio putantes emendationem.

† Hæc autem obtinere in ſequens volumus tempus , neque illos extra dictam relinquentes pœnam , quotquot a noſtro principatu monachi facti, tale quid fecerunt : id enim, quod præceſſit [4], ſimul quidem ob humanitatem, ſimul etiam tempus verentes dimittimus,quando nihil diſerte ſtatutum prius erat. §. 2. Item illud ſtatuimus : ſive pater, ſive mater, ſive alius quis ex defectu liberorum reſtitutionem aut ſubſtitutionem [5] induxerit quibusdam ſive maſculis , ſive fœminis , hi autem ad nuptias venire propter converſationis non elegerint modum : reſcindi tales reſtitutiones aut ſubſtitutiones ; & habere ipſos poteſtatem , in quem voluerint modum , pium tamen , quæ inde proficiſcuntur , conſecrare ; & aut conſumere ſuperſtites , aut relinquere morientes : ſicut & ſi ſub conditione liberorum ſuſceptionis [6] , ipſis quid relictum fuerit : oportet & hoc ipſum habere eos , liberos ſuſcipere minime coactos. † Eandem quoque legis poſitionem , & in mulieribus virginitatem [7] profeſſis, & uxores ducere omnimodo prohibitis reverendiſſimis clericis extendimus & reponimus : & hanc gratiam Deo pro noſtris temporibus dignam referimus.

§. 3. Ad hæc ſancimus : ſive vir ad ſolitariam vitam venire voluerit , ſive mulier , vino derelicto ad exercitationem monachicam venerit : ne hoc damni cauſam præbeat : ſed ut ſua omnimodo recipiat : ita ut liceat uxori [&] dotem recipere ſuam [8] & propter nuptias donationem ei , qui cum ea cohabitaverat : & quod inde venit lucrum , non ſecundum eam , quæ per repudium fit , disjunctionem vindicare , aut manere apud eum , qui non divertit , ſed ſecundum quod in caſum [9] mortis factum eſt pactum ; quaſi videatur is , qui divertit a communi alterius convictu , mortuus eſſe in alterius contubernio , cum cohabitanti ſit omnino inutilis [10] : quicquid autem in dotalibus inſtrumentis receptum fuerit ex pactis in caſum mortis , id debitum intelligatur. † Non audente muliere ante anni lapſum in aliud reſpicere matrimonium , propter [11] generationis (aut ſeminis) incertitudinem. † Sed ſi quid tale futurum ſit , ſtatim mitti divortium, quod idcirco *bona* [12] *gratia* vocatur , ab ea , quæ converſionem non eligit , perſona , atque ita agat , quod voluerit , lucris (ut ante dictum eſt) ad ipſam pertinentibus : Sane eo quod lucrandum eſſet ex tali cauſa omnimodo , ſi & in prioribus nuptiis , vel vir vel mulier manſiſſent, communibus liberis ex eo matrimonio natis, ſi qui fuerint, conſervando. Dat. 5. Kalend. Decemb. CP. Poſt COSS. LAMPAD. & OREST. an. II. 532.

*De raptu mulierum Deo dedicatarum.*

54. Idem A. Hermogeni magiſtro officiorum.

RAptores virginum [13] vel viduarum, vel diaconiſſarum quæ Deo fuerint dedicatæ , peſſima criminum peccantes , capitis [14] ſupplicio plectendos eſſe decerninus : quod non ſolum ad injuriam hominum , ſed & ad ipſius omnipotentis Dei irreverentiam committitur. Qui itaque hujusmodi crimen commiſerint , & qui eis auxilium tempore invaſionis præbuerint : ubi inventi fuerint in ipſa rapina , & adhuc flagrante crimine deprehenſi a [15] parentibus ſanctimonialium virginum , vel viduarum , vel diaconiſſarum aut earum conſanguineis , vel tutoribus , ſeu curatoribus , convicti interfiantur. Sin autem poſt commiſſum tam deteſtabile crimen , aut potentatu raptor ſe defendere , aut fuga evadere potuerit , in hac quidem Regia Urbe tam viri excelſi Præfecti prætorio , quam glorioſiſſimus Præfectus urbi : in provinciis autem, tam viri eminentiſſimi Præfecti prætorio per Illyricum , & Africam , quam Magiſtri militum per diverſas noſtri orbis regiones : nec non vir ſpectabilis Præfectus Ægypti , & Vicarii , & Proconſules , & nihilominus viri ſpectabiles Duces , & viri clariſſimi Rectores provinciarum , nec non alii cujuslibet ordinis Judices , qui in locis illis inventi fuerint , ſimile ſtudium cum magna ſollicitudine adhibeant , ut eos poſſint comprehendere ; & comprehenſos in tali crimine , poſt legitimas , & juri cognitas probationes , fine [16] fori præſcriptione , duriſſimis pœnis afficiant , & mortis condemnent ſupplicio. † Bona autem eorum ; ſi hoc commiſſum fuerit in ſanctimonialem virginem , quæ vel in aſceterio , vel monaſterio degit ; ſive eadem virgo diaconiſſa conſtituta ſit , ſive non , eidem [17] monaſterio , vel aſceterio , ubi conſecrata eſt , addicantur : ut ex his rebus & ipſa ſolatium habeat , dum vivit, ſufficiens ; & res omnes ſacroſanctum aſceterium ſeu monaſterium pleno habeat dominio : ſin autem diaconiſſa cujuscunque eccleſiæ ſit , in nullo tamen monaſterio , vel aſceterio conſtituta , ſed per ſe degit : raptoris ejus ſubſtantia eccleſiæ , cujus diaconiſſa eſt , adſignetur : ut ex his facultatibus ipſa quidem uſumfructum , dum ſupereſt , ab eadem eccleſia conſequatur ; eccleſia vero omnem proprietatem , & plenam poſſeſſionem earundem rerum noſtro habeat beneficio : nemine vel judice vel quacunque alia perſona hæc audente contemnere. † Pœnas autem, quas prædiximus (id eſt , mortis , & bonorum amiſſionis) conſtituimus non tantum adverſus raptores, ſed etiam contra eos, qui hos comitati [18] in ipſa invaſione & rapina fuerint. † Cæteros autem omnes , qui conſcii [19] & miniſtri hujusmodi criminis reperti & convicti fuerint, vel eos ſuſceperint , vel quamcunque opem eis tulerint ; ſive maſculi, ſive fœminæ ſint ; cujuscunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ capitali tantummodo ſubjicimus. † Ut huic pœnæ omnes ſubjaceant, ſive volentibus [20] ſive nolentibus ſanctimonialibus virginibus , ſive aliis ſuprædictis mulieribus , tale facinus fuerit perpetratum. Dat. 15. Kalend. Decemb. CP. DN. JUSTINIANO P. P. A. III. CONSS. an. 533.

*De filiis familias.*

55. Idem A.

UT non [21] liceat parentibus impedire , quominus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant , aut eam ob ſolam cauſam exheredare : ſed ſi ipſi teſtamentum condant , neceſſe habento quadrantem illis relinquere : ſin autem hoc non fecerint , locus ſit ab inteſtato.

§. 1. Quod ſi illi monaſteria aut eccleſias relinquant, atque mundani [22] fiant , omne ipſorum jus ad monaſterium aut eccleſiam pertinet.

*De arrhis ſponſalitiis. De dote , & donatione propter nuptias.* 1. *De filiisfamilias.* 2. *De his qui ſanctimonialem vitam deſeruut.* 3. *Ne Judæus vel Paganus vel hæreticus ſervos Chriſtianos habeat.*

56. Idem A. Joanni P. P.

DEo nobis auxilium præbente , omnia quæ pro honore ſanctæ eccleſiæ catholicæ ad Dei placitum fieri properamus , legibus conſtituere, & operibus adimplere deſideramus. Et jam quidem multa cum ejus auxilio ſtatuimus , quæ eccleſiaſticæ doctrinæ atque ſtatui conveniunt: in præſenti vero hoc pia deliberatione duximus corrigendum , quod hactenus contra Dei timorem fiebat. Cognitum etenim nobis eſt : quod ſi quis ſponſus , vel ſponſa , poſt datas & acceptas arrhas, voluiſſet ſe divino [23] deputare ſervitio , & a ſeculari [24] converſatione recedere , ac ſanctimonialem vitam vivere , atque in Dei timore permanere ; compellebatur vir quidem ea quæ arrharum nomine dederat, amittere ; ſponſa vero in duplum id quod acceperat reddere : Quod noſtræ manſuetudini , religioni contrarium eſſe viſum eſt. Unde per præſentem legem in perpetuum valituram jubemus : Ut ſi [25] quis ſponſus vel ſponſa [deſideraverit ſeculi iſtius vitam contemnere , & in ſanctimonialium converſatione vivere , ] ſponſus quidem omnia , quæ arrharum nomine , futuri cauſa conjugii dedit , ſine ulla deminutione recipiat ; ſponſa autem non duplum (ſicut hactenus) ſed hoc tantummodo ſponſo reſtituat , quod arrharum nomine acceperat , & nihil amplius reddere compellatur , niſi quod probata fuerit accepiſſe. Nam & maritis & uxoribus qui ſeculo renunciant , jam anteriore [26] lege a nobis proviſum eſt : ut , ſive maritus ſive uxor religionis cauſa a conjugio receſſerit , & ſolitariam vitam elegerit , unusquisque eorum res ſuas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione præſtiterat , & hoc tantummodo lucri nomine conſequatur ab eo qui ſolitariam vitam elegerit , quod debuit legitime vel ex pacto per caſum mortis [27] exigere.

§. 1. Hoc etiam cognitum nobis correctione noſtra dignum eſſe judicamus : ut , ſi quis in parentum poteſtate conſtitutus vel conſtituta , vel forſan nujusmodi jure abſolutus vel abſoluta, elegerit ſe monaſterio vel clero ſociare , & reliquum vitæ ſuæ tempus ſanctimonialiter degere voluerit ; non liceat parentibus eosdem vel easdem quocumque modo abſtrahere [28], vel propter hanc tantummodo cauſam quaſi ingratum [29] vel ingratam a ſua hereditate vel ſucceſſione repellere , ſed neceſſe ſit eis omnimodo, cum ultimam voluntatem ſuam ſive per ſcripturam ſive alio legitimo modo perficiunt, quartam [30] quidem portionem ſecundum leges noſtras eis relinquere : ſin autem & amplius voluerint eis largiri , hoc eorum voluntati concedimus. Sin vero ultimam voluntatem parentes neque teſtamento neque alio ultimo elogio declaraſſe monſtrati fuerint : omnem parentum ſubſtantiam heredes , quibus ab inteſtato competit , ſecundum leges noſtras,ſibi defendant:nullo eis impedimento ex ſanctimoniali [31] converſatione

---

1 Ἐὰν ἀφανὴς γένοιτο , id eſt, ſi latitent , l. 7. §. 1. *ff. quib. ex cauſis in poſſeſſ.* alio ſenſu illud Lucæ 24. *verſ.* 31. ἀφαντος ἐγένετο , accipitur. 2 Præſedum Prætorio allequitur. 3 Mora purgata non nocet. *l. 7. ff. de in integ. reſtit. l.* 154. §. 1. *ff. de verb. oblig. l.* 105. *ff. de ſolut.* 4 V. *l. 7. J. de legibus.* 5 Subſtitutio precaria facta ſub conditione, *ſi ſine liberis heres inſtitutus deceſſerit*, herede transeunte in clerum aut monaſterium, ſit irrita. 6 Demus filio aliquid relictum a patre ſub ea conditione, *ſi liberos ſuſceperit.* Omnes liberi clericum fieri, & ita ſpem implendæ conditionis amittere , an deſcbitur ei legatum ? utique. Remittitur enim clericis conditio ſuſcipiendorum liberorum. Quando legati petitio erit ? ſtatim ab ingreſſu monaſterii. Adde *Novv.* 123. c. 37. *in fin.* 7 Quod jus eſt in conditionibus liberis matcrialibus virginibus , ſive aliis ſuprædictis mulieribus , tale facinus fuerit perpetratum. Dat. 15. Kalend. Decemb. CP. DN. JUSTINIANO P. P. A. III. CONSS. an. 533.

*De filiis familias.*

55. Idem A.

UT non [21] liceat parentibus impedire , quominus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant , aut eam ob ſolam cauſam exheredare : ſed ſi ipſi teſtamentum condant , neceſſe habento quadrantem illis relinquere : ſin autem hoc non fecerint , locus ſit ab inteſtato.

§. 1. Quod ſi illi monaſteria aut eccleſias relinquant, atque mundani [22] fiant , omne ipſorum jus ad monaſterium aut eccleſiam pertinet.

*De arrhis ſponſalitiis. De dote , & donatione propter nuptias.* 1. *De filiisfamilias.* 2. *De his qui ſanctimonialem vitam deſeruut.* 3. *Ne Judæus vel Paganus vel hæreticus ſervos Chriſtianos habeat.*

56. Idem A. Joanni P. P.

DEo nobis auxilium præbente , omnia quæ pro honore ſanctæ eccleſiæ catholicæ ad Dei placitum fieri properamus , legibus conſtituere, & operibus adimplere deſideramus. Et jam quidem multa cum ejus auxilio ſtatuimus , quæ eccleſiaſticæ doctrinæ atque ſtatui conveniunt: in præſenti vero hoc pia deliberatione duximus corrigendum , quod hactenus contra Dei timorem fiebat. Cognitum etenim nobis eſt : quod ſi quis ſponſus , vel ſponſa , poſt datas & acceptas arrhas, voluiſſet ſe divino [23] deputare ſervitio , & a ſeculari [24] converſatione recedere , ac ſanctimonialem vitam vivere , atque in Dei timore permanere ; compellebatur vir quidem ea quæ arrharum nomine dederat, amittere ; ſponſa vero in duplum id quod acceperat reddere : Quod noſtræ manſuetudini , religioni contrarium eſſe viſum eſt. Unde per præſentem legem in perpetuum valituram jubemus : Ut ſi [25] quis ſponſus vel ſponſa [deſideraverit ſeculi iſtius vitam contemnere , & in ſanctimonialium converſatione vivere , ] ſponſus quidem omnia , quæ arrharum nomine , futuri cauſa conjugii dedit , ſine ulla deminutione recipiat ; ſponſa autem non duplum (ſicut hactenus) ſed hoc tantummodo ſponſo reſtituat , quod arrharum nomine acceperat , & nihil amplius reddere compellatur , niſi quod probata fuerit accepiſſe. Nam & maritis & uxoribus qui ſeculo renunciant , jam anteriore [26] lege a nobis proviſum eſt : ut , ſive maritus ſive uxor religionis cauſa a conjugio receſſerit , & ſolitariam vitam elegerit , unusquisque eorum res ſuas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione præſtiterat , & hoc tantummodo lucri nomine conſequatur ab eo qui ſolitariam vitam elegerit , quod debuit legitime vel ex pacto per caſum mortis [27] exigere.

§. 1. Hoc etiam cognitum nobis correctione noſtra dignum eſſe judicamus : ut , ſi quis in parentum poteſtate conſtitutus vel conſtituta , vel forſan nujusmodi jure abſolutus vel abſoluta, elegerit ſe monaſterio vel clero ſociare , & reliquum vitæ ſuæ tempus ſanctimonialiter degere voluerit ; non liceat parentibus eosdem vel easdem quocumque modo abſtrahere [28], vel propter hanc tantummodo cauſam quaſi ingratum [29] vel ingratam a ſua hereditate vel ſucceſſione repellere , ſed neceſſe ſit eis omnimodo, cum ultimam voluntatem ſuam ſive per ſcripturam ſive alio legitimo modo perficiunt, quartam [30] quidem portionem ſecundum leges noſtras eis relinquere : ſin autem & amplius voluerint eis largiri , hoc eorum voluntati concedimus. Sin vero ultimam voluntatem parentes neque teſtamento neque alio ultimo elogio declaraſſe monſtrati fuerint : omnem parentum ſubſtantiam heredes , quibus ab inteſtato competit , ſecundum leges noſtras,ſibi defendant:nullo eis impedimento ex ſanctimoniali [31] converſatione

---

1 Ἐὰν ἀφανὴς γένοιτο , id eſt, ſi latitent , l. 7. §. 1. *ff. quib. ex cauſis in poſſeſſ.* alio ſenſu illud Lucæ 24. *verſ.* 31. ἀφαντος ἐγένετο , accipitur. 2 Præſedum Prætorio allequitur. 3 Mora purgata non nocet. *l. 7. ff. de in integ. reſtit. l.* 154. §. 1. *ff. de verb. oblig. l.* 105. *ff. de ſolut.* 4 V. *l. 7. J. de legibus.* 5 Subſtitutio precaria facta ſub conditione, *ſi ſine liberis heres inſtitutus deceſſerit*, herede transeunte in clerum aut monaſterium, ſit irrita. 6 Demus filio aliquid relictum a patre ſub ea conditione, *ſi liberos ſuſceperit.* Omnes liberi clericum fieri, & ita ſpem implendæ conditionis amittere , an deſcbitur ei legatum ? utique. Remittitur enim clericis conditio ſuſcipiendorum liberorum. Quando legati petitio erit ? ſtatim ab ingreſſu monaſterii. Adde *Novv.* 123. c. 37. *in fin.* 7 Quod jus eſt in conditionibus liberis materialibus virginibus , ſive aliis ſuprædictis mulieribus , tale facinus fuerit perpetratum. Dat. 15. Kalend. Decemb. CP. DN. JUSTINIANO P. P. A. III. CONSS. an. 533.

ſatione generando, ſive [1] ſoli, ſive cum aliis ad ſucceſſionem vocantur. §. 2. Hujus autem perpetuæ noſtræ legis beneficia eos volumus obtinere, qui in monaſterio vel clericatu perſeveraverint. Nam ſi qui eorum, de quibus præſentem legem poſuimus, ſanctimonialem vitam elegerint, ad ſecularem autem converſationem poſtea remeaverint: jubemus [2] omnes eorum res ad jura ejusdem eccleſiæ vel monaſterii, a quo receſſerint, pertinere. §. 3. His ita diſpoſitis, repetita [3] lege jubemus, ut nullus Judæus, vel Paganus, vel hæreticus ſervos [4] Chriſtianos habeat: Quod ſi inventi in tali reatu fuerint; ſancimus ſervos omnibus modis liberos eſſe, ſecundum anteriorem noſtrarum legum tenorem. † In præſenti autem hoc amplius decernimus: ut ſi quis ex prædictis Judæis, vel Paganis, aut hæreticis habuerit ſervos nondum catholicæ fidei ſanctiſſimis myſteriis imbutos, & prædicti ſervi deſideraverint ad orthodoxam fidem venire; poſtquam Catholicæ eccleſiæ ſociati fuerint; in [5] libertatem modis omnibus ex præſenti lege eripiantur; & eos tam Judices provinciarum, quam ſacroſanctæ eccleſiæ defenſores, nec non beatiſſimi Epiſcopi defendant, nihil pro eorum pretiis penitus accipientibus dominis. Quod ſi forte poſthac etiam ipſi domini eorum ad orthodoxam fidem converſi fuerint, non [6] liceat eis ad ſervitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam præceſſerunt. Sed ſi quis talia uſurpaverit, pœnis graviſſimis ſubjacebit. † Hæc igitur omnia, quæ pietatis intuitu noſtra ſanxit æternitas, omnes Judices, & religioſiſſimi antiſtites, ſive Africanæ diœceſeos (in qua maxime hujusmodi vitia frequentari cognovimus) ſive aliarum provinciarum, gnaviter & ſtudioſiſſime obſervari procurent. Nam contemptores non ſolum pecuniaria multa, ſed etiam capitis ſupplicio ferientur.

*De legato annali.*

57. [7] Idem A. Joanni P. P.

PRæſens lex in alterius legis ſcriptæ a nobis refertur mentionem: quam proculdubio, & denuo confirmare cum quadam meliore putavimus oportere adjectione, majorem pœnam contra delinquentes proferendo; non [8] quia augmentis delectemur pœnarum, (nihil enim nobis tam gratum eſt, quam humanitas) ſed ut metu pœnæ eos, qui ad peccandum proclives [9] ſunt, a peccando arceamus. Scimus igitur, nos ſcripſiſſe legem [10] dicentem nullam eſſe licentiam ſanctiſſimarum eccleſiarum Oeconomis, aut antiſtitibus xenonum, aut noſocomiorum, aut ptochiorum, aut monaſteriorum ſive virorum ſive mulierum, aut aliorum talium corporum [11], quorum præfata conſtitutio meminit, ea quæ in perpetuum illis relicta ſunt, quæ Annalia vocant leges, ſecundum aliquod pactum aut auro diſtrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modum, & poſteris adimere id, quod eis obveniret exinde, ſolatium: & convenientes legi adjecimus rationes: ut quia non amplius propter tale commentum, nec appellatio quidem annui conſervetur, niſi per ſingulos annos contingat præſtari, ſed ſemel repræſentatum [12], poſtea perfecte pereat. Hanc iterum cum aliqua adjectione renovantes legem ſancimus: ſi quis aut Reverendiſſimorum Oeconomorum, aut xenodochorum, aut noſocomorum, aut ptochotrophorum, aut gerontocomorum, aut brephotrophorum, aut orphanotrophorum, aut archimandritarum, aut aliorum contentorum [13] priore noſtra divina conſtitutione perſonarum; id quod in perpetuum relictum eſt venerabilibus domibus, quibus præſunt, ſive in auro, ſive in aliis rebus, tentaverit transmutare, ne videatur eſſe perpetuum, ſed transactionibus aut venditionibus, aut quibusdam aliis machinationibus, ut quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentaverit, præter vim a nobis nuper profectæ in hujusmodi rebus divinæ legis: nullam habere ullo modo licentiam hoc facere: ſed & ſi fecerit; irritum eſſe quod factum fuerit: & licentiam eſſe ei [14], qui poſt ipſum eandem ſuſcipiet curam, vel etiam eo negligente (ut fieri poteſt) cæteros deinceps omnes ſtatim revocare id, quod fuerit factum, & ita infirmum declarare, atque ſi ab initio non proceſſiſſet: ut & fructus medii temporis, & uſuras, & omnem utilitatem ad pium pertinere omnimodo locum: omnibus quæ medio tempore attentata ſunt, quieſcentibus. Homini etenim cuique curſus [15] unus [16] eſt vitæ ab opifice datus, cujus finis eſt omnino mors [17]: venerabilibus vero domibus, & earum cœtibus, indeſinenter a Deo cuſtoditis, non eſt neque ſecundum earum poſſeſſiones inducere aliquam metam: ſed quousque utique permanſerint venerabiles domus; (manent [18] autem in perpetuum, & usque ad hujus ſeculi conſummationem, quousque *Chriſtianorum* nomen apud homines erit & coletur) æquum itidem [19] eſt, manere & in perpetuum relictas erogationes, aut reditus immortales ſemper piis actionibus nunquam ceſſaturis ſervituros. Eum igitur, qui tale quid deliquerit, & transferre rem auro accepto, aut per aliam occaſionem præſumpſerit, damnum quidem nullum induci (ſecundum ea, quæ prædicta ſunt) his contra quas talia perpetrarunt, domibus: ſed illas quidem domos, & aurum, & rem lucrari [20], quam acceperunt; & nihilominus relictum exigere absque ulla quacunque diminutione, tam ab ipſo qui hoc egit, quam ab ejus heredibus & ſucceſſoribus, & illius res, & bona obligari ipſi, qui cum eo contraxit: & ea ipſe vindicet, tam contra illius perſonam, quam bona ipſius, usque ad plenam & competentem ipſi indemnitatem: ne ſcil. contra venerabilem domum, quam contra fas fraudavit, ullam ſperet datorum recuperationem, aut ejus quod factum eſt inſtaurationem: Quod autem ad ipſum, quo cum contraxit, attinet: omnem habeat a legibus licentiam [21] regredi contra ipſum, & heredes ejus, & ejus res, & quod datum eſt, ſi poſſit, exigere, ut, ſi minus ob Dei metum, metu ſaltem propriæ ipſorum ſubſtantiæ, & ſuorum heredum tardiores fiant ad hujusmodi pactiones; quas in confeſſo eſt eos nullius boni cauſa celebrare, ſed vel pecuniis corruptos, vel affectionibus quibusdam ſuperatos. Quæ omnia per hanc divinam legem prohibentes & ipſam ſacris noſtris inſcribi legibus ſancimus, & offerimus ipſi domino univerſorum Deo & ſalvatori noſtro Jeſu Chriſto, pulchrum quoddam & conveniens ipſi ſacrificium & ipſam adducentes. Datum prid. Id. Septemb. CP. Dn. JUSTINIAN. P. P. A. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534.

## TIT. IV.

## DE EPISCOPALI [22] AUDIENTIA [23]; ET DIVERSIS CAPITULIS, QUÆ AD JUS [24] CURAMQUE [25], ET REVERENTIAM [26] PERTINENT PONTIFICALEM.

*De modo mercandi.*

1. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. [27] ad Julianum comitem orientis.

NEgotiatores, [ſi] qui ad domum noſtram pertinent, ne [28] modum [29] mercandi videantur excedere, Chriſtiani [30], (quibus verus cultus eſt adjuvare pauperes, & poſitos in neceſſitate) provideant [epiſcopi]. Dat. 15. Kalend. Mart. [31] *Conſtant.* VALENTINIANO [32] & VALENT. AA. CONSS. 368.

*De clerico ante definitivam ſententiam appellante.*

2. Iidem AA. ad Claudium P. P.

SI [33] clericus ante [34] definitivam ſententiam, fruſtratoriæ dilationis cauſa ad appellationis auxilium convolaverit; multam [35] quinquaginta [36] librarum argenti, quam contra hujusmodi appellatores ſanctio [37] generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fiſco [38] noſtro volumus [39] accedere, ſed pauperibus fideliter erogari. Dat. 6. Id. *Jul.* VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 369.

*Qui ex carceribus die Paſchatis dimittuntur.*

3. Imppp. VALENTINIANUS, THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio P. P.

NEmo [40] deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtræ perennitatis expectet: exequantur Judices [41], quod indulgere conſuevimus [42]: ubi primus dies [43] Paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſolvantur. † Sed ab his ſecernimus eos, a quibus contaminari potius [44] gaudia lætitiamque communem, ſi dimittantur, animadvertimus: Quis [45] enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? quis adultero, [vel ſtupri,] inceſtive reo tempore caſtitatis ignoſcat? quis non raptorem [virginis] in ſumma quiete, & gaudio communi perſequatur inſtantius? nullam accipiat vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immanitate non ſinit: patiatur [46] tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorque monetæ; homicida, [parricidaque] quod [47] fecit, ſemper exſpectet: reus etiam majeſtatis [48], de domino [49] adverſus quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet. † His ergo tali ſub adſtrictione damnatis, indultum noſtræ ſerenitatis eo præcepti fine concludimus, ut remiſſionem veniæ crimina niſi [50] ſemel commiſſa non habeant: nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas; qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius, quam conſuetudini [51], deputaverint. Dat. Kal. [52] Maji, ARCADIO A. & BAUTONE V. C. COSS. 385.

*De numero, electione, & officio Prætorum.*

[Imperator.

TRes [53] tantummodo Prætores electæ opinionis in hac Urbe per ſingulos annos judicio Senatus præcipimus ordinari: qui competentes cauſas & debitos actus integre diſceptare, atque retractare debeant.

*De habitu virginum Deo dicatarum.*

4. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

MImæ [54], & quæ ludibrio [55] corporis ſui quæſtum faciunt, publice habitu [56] earum virginum [57], quæ Deo dicatæ ſunt, non utantur [58].

1 Monachi parentibus ſuccedunt ab inteſtato, ſive ſoli ſint, ſive cum aliis. Sed hoc non ſervatur in Gallia, nec enim ſuccedunt parentibus tales liberi. vide Rebuff. *ibi num.* 22. 2 Pœnam monaſterium ſuum deferentis, & ad ſecularem vitam transeuntis obſerva. 3 Vel de qua ſæpius dixit, vel quia ſuperiores emendat. §. 1. J. *hic.* eo ſenſu Codex repetitæ prælectionis dicitur. 4 Vid. J. *ne Chriſtian. mancip.* 5 Chriſtiana profeſſione Judæorum ſervi & gentilium ſiunt liberi: quod ætate Pauli non fuit. *epiſt. ad Philemonem verſ.* 10. 6 Semel impetrata libertas invito & innocenti non poteſt adimi, videbatur autem res ad cauſam utilem rediiſſe. Chriſtiani ſervos Chriſtianos habere poſſunt: at non Judæi. 7 Interpretatio Contii. 8 Pœnarum augmentis principes delectari non debent. *l.* 8. J. *de judiciis. l.* 90. *l.* 183. *D. de reg. jur.* vid. Senecam 1. *de Clementia* 8. 9 Adde *l.* 9. *D. de extraord. criminibus. l.* 16. §. 10. *D. de pœn.* 10 *l.* 46. §. *ult.* J. *h. t.* 11 *l.* 46. §. 9. J. *h. t.* 12 Transactio improbatur, quæ fit ideo ut repræſentata pecunia conſumatur. *l.* 8. §. 6. *D. de transact.* 13 Περιεχομένων, id eſt, de quibus diximus, *l.* 46. J. *h. t.* 14 An & ei, qui ipſe transegit? id videtur. *arg. l. pen. & ult. ff. de poſtul.* 15 Et quaſi curſores vitæ lampada tradunt. *Lucret.* 2. 16 Unus hic vitæ ſtatus, quid eſt ſtatus præſcriptus, finitus ac certus. 17 Πέρας τοῦ βίου, ὁ θάνατος *Nov.* 1. *c.* 1. *in fin.* πάντα διαλύων θάνατος. *Nov.* 22. *c.* 20. De morte vid. Sebaſtianum Medicem *in tractatu, Mors omnia ſolvit.* 18 Voto ſaltem: nam interdum diruuntur. *l.* 73. *in pr. ff. de cont. empt.* 19 Perpetua perpetuam cauſam habent. 20 *Novell.* 7. *c.* 6. Galli *le drap & l'argent.* 21 *Nov.* 6. *c.* 6. 22 De Epiſcopali judicio, *C. Theod. l.* 16. 23 *l.* 25. J. *tit. prox.* 16. *C. Theod.* 1. *l. ult.* Audientia Epiſcopalis, non eſt jurisdictio, ut vult Accurſius: non eſt diœceſis, ut vult Haloander, quia ut foro, ita apparitione & executione carent Epiſcopi. Audientia, judicium eſt atque notio, quæ Epiſcopo in clericos & monachos competit. 24 *l.* 21. *in fin. prin. l.* 31. *in fin. l.* 32. J. *cognitionem. l.* 8. J. *h. t.* 25 *l.* 8. J. *h. t. l.* 18. *l.* 46. J. *tit. prox.* & providentiam, *l.* 1. J. *h. t.* officium, *l.* 5. J. *h. t.* 26 *l.* 8. J. *h. t. l.* 14. *l.* 7. J. *tit. prox.* 27 Secundo P. P. 28 Si modo mercandi videantur exercere ſolertiam, ita refertur in *l.* 5. *C. Th. de luſtrali collat. l.* 13. 29 Epiſcopalis providentiæ eſt, ne mercatores carius (quam par ſit) merces ſuas vendant. Eſt enim ſervandus modus in pretio & ejus officii pauperes adjuvare. 30 Id eſt, Epiſcopi præſertim. 31 Maji, C. Theod. 32 Divo Joviniano & Varroniano Conſſ. in *C. Th.* 33 Hæc lex interpolata ex *l.* 2. *C. Theod. quorum appellationes non recipiuntur. l.* 11. 34 Appellare fruſtratorie ante definitivam ſententiam non licet. 35 Quæ & præjudicialis dicitur. vid. Cujac. 12. *obſ.* 6. 36 *l.* 10. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 30. *C. Theod. l.* 11. *tit.* 36. 37 *L.* 11. *C. Theod.* 36. *l.* 10. non eſt lex 5. J. *quorum appellationes:* quæ hac poſterior eſt. Eſt potius lex 10. 15. & 16. *d. tit. Theod.* 38 Quod fit, ſi laicus fruſtratorie appellat. 39 Hoc non ſervatur in jure canonico. Bald. *hic.* 40 *l.* 8. *C. Theod. de indulgentiis criminum lib.* 9. *tit.* 38. *Syn. Baſ.* 7. *tit.* 17. *cap.* 16. 1. Harm. 4. §. 10. 41 Convenit etiam Epiſcopis, id ut fiat, adde 60. *Ecl.* 35. *c.* 12. 42 Ubi jus deficit, ad conſuetudinem Principis recurri poteſt. 43 Qui ſemper Chriſtianus inſignis fuit. adde *l.* 8. *D. ad SC. Turpill.* 44 Hujusmodi liberatio, relaxatio eſt potius, quam vera dimiſſio. 45 *l.* 10. J. *de feriis*, adde *l.* 3. *in fin.* J. *de abolitionibus.* adde quæ notavi ad *l.* 7. §. 2. *ff. ad l. Jul. Majeſtatis.* 46 Quæſtio haberi poteſt die feriato. 47 Pœnam talionis homicida ſuſtinet ſine remiſſione, ut vult Bald. 48 Lex de ſeditioſis quotidie queri jubet. Cic. *pro M. Cælio.* 49 Id eſt, a principe, quam appellationem recuſavit Auguſtus. De Principis beneficio deſperet, qui in Principem commiſit, *arg. l.* 37. §. 1. *D. de minoribus* 25. *annis.* 50 Geminatum delictum venia caret. vid. quæ notavi ad *l.* 15. *in fin. D. ad SC. Turpill. l.* 28. §. 3. *ff. de pœnis*, v. Bellov. 3. *pract. c.* 16. *n.* 7. & *c.* 19. *n.* 10. Pap. 24. *Arreſt.* 10. *n.* 8. 51 Qui iterum deliquit poſt veniam ſemel impetratam, conſuetudinem quandam peccandi habere dicitur. Et tamen ne hinc colligas, conſuetudinem ex bino actu generari: agitur enim non de conſuetudine juris, ſed facti. Bald. *hic.* loquitur ergo ὑπερβολικῶς, nec enim habitus ex uno aut altero actu generatur, v. Cujac. 20. *obſ.* 1. 52 V. Kal. Mart. *C. Theod. h. t.* 53 Hæc lex deeſt in ſcriptis, & in Haloandri editione. Eſt autem ultima, J. *tit. de off. præt.* Et vero quomodo huc pertinere poſſit, non video. v. & hic Contium. 54 Pars *l.* 12. *C. Theod. de ſcenicis, lib.* 15. 55 Adde *Nov.* 6. *c.* 6. 56 *Novell.* 123. *c. ult.* vid. Pet. Greg. 38. *ſyntag. cap.* 5. *in fin.* 57 Ut & matronarum, Tertull. *cap.* 6. *apologetici*, vetantur ab eodem Theodoſio, *l.* 11. *C. Theod. de ſcenicis l.* 15. uti gemmis, ſigillatis, ſericis & textis, uti auratis. 58 Vetantur etiam uti aliis veſtibus; & inter cæteras, iis quæ cruſtæ dicuntur, *l.* 11. *C. Theod. l.* 15. *tit.* 7. Cæterum e Codice Theodoſiano, *l.* 12. *hoc tit.* ſupplenda ſubſcriptio: Dat. III. *Kal. Jul. Heracl. Arcad. A.* III. & *Honorio A.* II. *Conſſ.* id eſt, a. 394.





*De archigeron. & diœcetis ergaſiotanor.*

5. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Gennadio Præfecto Auguſtali.

ARchigerontes [1], diœcetæque [2] ergaſiotanorum [3] nonniſi [4] Chriſtiani dirigantur: quod Officium tuum ſollicitis obſervet excubiis. Dat. Non. Februar. *Conſtantinop.* PP. *Alexandriæ*, EUTYCHEO, ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

*Ne quis damnatum eximat. De appellatione.*

6. [5] Iidem AA. Eutychiano.

ADdictos [6] ſupplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos *ſynoditas* [7] vocant, per [8] vim atque uſurpationem vindicare liceat ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ ſub perſecutione [9] pergentes nullus teneat aut defendat. Sed ſciat ſe Cognitor [10] triginta librarum auri multa, & primates Officii, capitali eſſe ſententia feriendos, niſi uſurpatio iſta vindicetur. At ſi tanta clericorum aut monachorum audacia eſt, ut bellum potius, quam judicium futurum eſſe exiſtimetur: ad Clementiam noſtram commiſſa referantur, ut arbitrio [11] noſtro mox ſeverior ultio procedat. Ad Epiſcoporum ſane culpam (ut cætera) redundabit, ſi quid forte in ea parte regionis, in qua ipſi populos Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur [12], ex iis, quæ fieri hac lege prohibuimus, a monachis perpetratum eſſe cognoverint, nec vindicaverint [13]. Quibus in cauſa [14] criminali, humanitatis conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus. Dat. 6. Kal. Aug. *Mnyzo.* HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

*De his, qui ex conſenſu litigant apud epiſcopum.*

7. Iidem AA. Eutychiano P. P.

SI [15] qui ex conſenſu apud ſacræ [16] legis antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur: ſed experientur illius in civili duntaxat negotio, more [17] arbitri, ſponte reſidentis judicium. Quod his obeſſe non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conventos, potius abfuiſſe [18] quam ſponte veniſſe conſtiterit. Dat. 6. Kalend. Auguſt. *Mediolani*, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO COSS. 398.

8. Imppp. ARCADIUS, [19] HONOR. & THEOD. AAA. Theodoro P. P.

EPiſcopale judicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri a Sacerdotibus elegerint: eamque [20] illorum judicationi adhibendam eſſe reverentiam jubemus, quam veſtris [21] deferri neceſſe eſt poteſtatibus, a [22] quibus non licet provocare [23]. Per Judicum quoque Officia, ne ſit caſſa epiſcopalis cognitio, definitioni [24] executio tribuatur. Dat. Idib. Decembr. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. ſi quis autem litigantium. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 21.

*SI quis litigantium [25] intra decem dies contradicat [26] his, quæ judicata ſunt: tunc locorum Judex examinet cauſam: & ſi invenerit judicium recte factum, etiam per ſententiam ſuam propriam hoc confirmet [27], & executioni [28] propriæ tradat, quæ judicata ſunt: & non liceat victo iterum in tali cauſa appellare. Si vero ſententia Judicis contraria fuerit; tunc licet a ſententia Judicis appellare. Si tamen ex imperiali juſſione, aut judiciali [29] præcepto Epiſcopus judicat inter quascunque perſonas, appellatio aut ad Principem, aut ad eum, qui tranſmiſit negotium, transferatur.*

*De cuſtodiis.*

9. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P. P.

JUdices [30] Dominicis [31] diebus productos reos de cuſtodia [32] carcerali videant & interrogent, ne his humanitas clauſis [33] per corruptos carcerum cuſtodes negetur: victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari libellis [34] duobus, aut tribus diurnis, vel quot exiſtimaverint Commentarienſes [35], decretis [36]: quorum [37] ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum: quos ad lavacrum ſub fida cuſtodia duci oportet. Multa Judicibus viginti librarum auri, & Officiis [38] eorum ejusdem ponderis conſtituta, Ordinibus quoque trium librarum auri multa propoſita, ſi ſaluberrima ſtatuta contempſerint. Nec deerit Antiſtitum Chriſtianæ religionis cura [39] laudabilis, quæ ad obſervationem conſtituti judicis hanc ingerat monitionem. Dat. 7. [40] Idus Febr. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

*De mathematicis.*

10. Iidem AA. Cæciliano P. P.

MAthematicos [41], niſi parati ſint, codicibus [42] erroris proprii ſub oculis Epiſcoporum incendio concrematis [43] Catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam [44] ad errorem primum redituri; non ſolum Urbe Roma, ſed etiam omnibus civitatibus depelli decernimus. Quod [45] ſi hoc non fecerint, & contra clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in civitatibus fuerint comprehenſi, vel ſecreta erroris ſui & profeſſionis inſinuaverint, deportationis pœnam excipiant. Dat. Kalend [46] Februar. *Raven.* HONOR. VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

*De reverſis ab hoſtibus.*

11. Iidem AA. Theodoro P. P.

CHriſtianos [47] proximorum [48] locorum volumus ſolicitudinem gerere, ut Romanos [captivos,] qui reverſi fuerint, nemo teneat [49], nemo injuriis aut damnis afficiat. Dat. 3. [50] Idus Decemb. HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

1 *l.* 1. *C. Th. de Alexandrinæ plebis primatib. l.* 14. *tit.* 27. Ii, qui & diœcetæ, fuerunt defenſores Alexandrinæ urbis: ne alioquin putes cum Accurſio archipresbyteros, aut archiepiſcopos, aut minores ſacerdotes fuiſſe. Hotomanus legit Archigerontes, quos principes fabrorum, qui regiis ac publicis ædificiis præſunt, interpretatur. Video eos vocari principales Alexandrinos, *l.* 56. *in pr.* J. *de decurionibus.* ſummates ordinis Alexandrini, *l.* 57. *in pr. d. tit.* Alexandrinæ plebis primates, *l. Archigerontes.* 1. *C. Theod. de Alexandrinæ plebis primatibus.* ſane Archigerontes nihil aliud, quam γερουσίας, id eſt, ſenatus & curiæ primi: curiæ, inquam, municipalis, ſeu Senatorum municipalium, principales curiæ. Neque enim raro in jure munera civitatis Alexandrinæ Græcis vocabulis exprimuntur, exemplo ſint: χειτολογία, περισσοχορηγία, ὡς πρωτεῦσαι. *l. ult.* §. 19. *ff. de muneribus.* ὑπομνηματογράφοι, *l.* 59. *C. Theod. de decur.* 2 Hoc eſt, curatores corporis ergoſitonorum. Fuerunt enim civitatibus ſua corpora, ut & curiæ. His ditiores: illis tenuiores adſcripti. Harum primi, Archigerontes, ut paulo ante dictum eſt, ſummates & primates, *l.* 57. J. *de decurionibus.* & pro urbis amplitudine interdum pauciores vel plures. Hinc tres primates, *l. de creationibus.* 27. *verſ. ſin autem.* J. *h. t.* quinque ſummates ordinis, *d. l.* 57. *in pr.* decem primi curiales, *l.* 239. §. 5. *ff. de verb. ſignif.* corporum vero primi διοικηταὶ, *hic ut & Nov.* 128. *c.* 16. Curatores corporis, *l.* 3. §. 2. *D. de colleg.* patroni corporum, *l.* 11. *C. Theod. de piſtorib. l.* 9. *C. Theod. de ſuariis*, reliqui corporati, *l. ult. C. Theod. de Alexandrinæ plebis primatibus, lib.* 14. *tit. ultim.* hic itaque ſunt ergoſitonæ: quibus cura præcipua frumenti comparandi injuncta eſt. Quod ſi roges, cur hos ex Chriſtianis eligi mandet Imperator, fortaſſis ea fuerit ratio, quod Alexandrini factioſi, Philo *in Flaccum*, *Dion.* 39. quos & alias fidei Chriſtianæ contemptu, commercia monaſteriorum uſurpaſſe conſtat ex *Nov.* 7. *cap.* 11. 3 Ergaſioctonorum, *Hal.* ἐργασίας ταμείων, Alc. 3. *diſp.* 18. quo nomine diſpenſatores principalis annonæ intelligit. Hotomanus legit, *Ergaſticorum.* Ergaſticos intelligit operas quæ in operibus publicis conductis ab aliquo, quaſi principe & magiſtro gubernantur. Alii legunt, Ergaſiotarum. Ergaſiotanorum vocabulo Accurſius, [ut eſt accuratus & felix in vocabulorum difficilium interpretatione], Chriſtianos intelligit damnatos ad Metalla. Sunt enim ei *ſeotona* metalla. Ego vero legendum puto, diœcetæ Ergoſitonorum, ac ſi dicas, Præfectos eorum qui frumentum Alexandriæ comparant, σιτωνὴς namque eſt curator frumento comparando. *l. ult.* §. 5. *D. de muneribus.* Id munus Juſtinianus appellat αἰσίας ἐμβολῆς διοίκησιν. *Edict.* 13. *de Alex. in c.* 4. *c.* 8. *in fine.* quemadmodum & id quod Alexandria Romam mittebatur αἰσία, ἐμβολῆς σίτου *ibi & cap.* 8. αἰσίαν σιτοπομπείαν. Superiorem etiam ſententiam confirmat *l.* 17. *infr. h. t.* 4 V. *l.* 9. J. *de diverſ. offic. & appar. lib.* 12. *lit.* 60. 5 Legis hujus explicationem pete ab Ægidio Boſſio *tit. de captura, num.* 15. *& ſeqq.* de quo & Gothofredus monuit. *Mod.* 6 *Pars legis* 16. *C. Th. de pœnis*, *l.* 9. & *l.* 57. *C. Theod. de appell. l.* 11. 7 *Lib.* 11. *C. Theod. tit.* 30. *l.* 57. cœnobitas *L.* 9. *C. Theod.* 40. *l.* 16. Gennadius *in Evagrio*, compoſuit cœnobitis ac ſynoditis doctrinam aptam vitæ communi. Soc. 4. *hiſt.* 23. πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίοις μοναχοὺς, Synoditæ & Cœnobitæ ſunt, quibus una & eadem domus, & omnia communia ſunt. v. Cujac. *ad Novell.* 5. 8 Eam licentiam forte uſurparunt clerici exemplo Pontificum: quorum occurſus ſæpe ſervabat ductos ad ſupplicium. Cujac. *hic.* Qui ad verbera ducebatur ſi ad pedes flaminis Dialis provolviſſet, eo die verberari piaculum erat. 10. Gell. 15. Plutar. *in Num. ubi de Veſtalibus, & problematum* 3. *ubi de flam. Dial.* Quin vinctum, ſi ædes ejus flamen Dialis introiiſſet, ſolvi neceſſum erat: & ejus vincula per impluvium in tegulas ſubduci atque inde foras ejici. Gell. *d. l.* id Veſtalibus etiam conceſſum. Plut. *in Numa* 1. v. Alexandrum ab Alexandro 5. *genial.* 12. ut & hodie, communi quorundam opinione, Cardinalibus. Clarus 5. *ſent.* 4. §. *ult. quæſt.* 98. *verſ. ulterius quæro:* eam rationem reddit, quod Cardinales regibus æquiparentur, & in Cardinalibus tota fere majeſtas Chriſtianæ reipublicæ reſideat. Eorundem domibus ac palatiis, idem *lib.* 5. §. *ult. q.* 30. *verſ. item adde*, jus aſyli tribuit. vid. Corſetum, Marſil. *in ſingularib.* Cottam, Tiraq. *de pœn. temperandis c.* 55. 9 Perſecutione *L.* 9. *C. Th.* 40. *l.* 16. *verſ. reos.* 10 Id eſt judex. 11 Pœna arbitraria punitur is, qui condemnatum eripuit, quæ etiam capitalis eſſe poteſt. v. Bald. *hic:* & Boſſium *tit. de Captura* 3. *n.* 15. 16. 17. & 18. 12 Epiſcopi munus populos Chriſtianæ religionis inſinuatione moderari. 13 Delicta monachorum ab epiſcopis ſunt vindicanda. 14 V. *l.* 29. *infr. de appellation.* 15 Sumpta hæc lex videtur ex *l.* 10. *C. Th. de jurisdictione, & ubi quis conveniri debeat lib.* 2. Eſt enim eorundem imperatorum, & ad eundem Eutychianum: niſi quod illa de Judæis, hæc de Chriſtianis loquitur: illa *Conſtantinopoli*, hæc *Mediolani* ſcripta eſt. Dies etiam variat: nam in *Cod. Theod.* eſt III. *Non. Febr.* 16 Idem licuit Judæis apud ſuos Patriarchas, *d. l.* 10. *C. Theod.* 17 In civili negotio laici poſſunt in epiſcopum, quaſi arbitrum & cognitorem, compromittere: ejusque judicium firmum eſt: latum tamen adverſus ſolos præſentes. 18 Adfuiſſe. *Hal. Goth.* quam varietatem recentiores veteresque omnes ſibi notandum putarunt, cujus cauſa hæc eſt, quod *afui* pro *abfui* ſcribebant antiqui: ut hodieque probiſſimæ quæque membranæ atteſtantur. porro ad rem vide Benedictum Capram *in regulis. in tract. de prorogat. poſt concluſionem* 153. Mod. 19 Expungendum eſt *Arcadii* nomen. 20 Epiſcopus comparatur Præfecto Prætorio *ut hic*, ut & alibi Conſuli, *in Auth. ſed epiſcopalis* 34. *ſupr. tit. prox.* 21 Qui es Præfectus prætorio. 22 A Præfecto Prætorio non appellatur, ſed ſupplicatur. *l. un. infr. de ſententiis præf. præt. l.* 19. *infr. de appell.* 23 Prorogatio jurisdictionis ſi fit, hoc eſt, ſi conſentitur in judicem, a cujus ſententia non appellatur, in cauſa prorogata appellari non poterit, Bart. *hic.* Ludov. Romanus *ſingulari* 11. 24 *Quid ſi ita leges*, definitio executioni tribuatur. 25 De jure Canonico in praxi huic Authenticæ derogatum eſt: Non enim a ſententia Epiſcopi appellatur ad judicem ſecularem, ſed ad metropoliticum, vel ad Pontificem, *cap. duo. de offic. jud. Ordin. c.* 1. *de offic. del. & can. ad Romanam.* 2. *q.* 6. Nec tantum ſemel appellare licet, ut hic. ſed bis, non tertio. *Clement.* 1. *de Sent. & re jud.* Anſ. 26 Contradictio animo appellandi, eſt ſpecies appellationis. *Bald.* 27 Sententia recte lata confirmanda. 28 Ne dicas ſimpliciter, Eum qui ſententiam confirmat, eam exequi. Secundus judex hic ſententiam exequitur, quia priori, id eſt, epiſcopo nulla competebat executio. Et ita magiſtratus ſecularis rogatus ab epiſcopali magiſtratu ſententiam exequi debet, facit *l.* 5. *infr. de jurisdict.* adde Roland. a Valle 1. *conſ.* 37. *n.* 1. *Quid? cujus judicis fuerit eam ſententiam exequi?* Dic, in criminalibus, ut ſæpius remitti reum ad locum delicti. In civilibus abſolutoriam ſententiam ſecum trahere executionem: correctoriam executioni mandari a ſecundo judice: quod ex ea jus oriatur. Confirmata ſententia judicio ſecundo, non utriusque eſt executio, ſed judicis ſecundi, confirmata tempore, ſeu deſertione appellationis prioris. v. Bald. *hic.* 29 Seculares judices poſſunt cauſas epiſcopis delegare. 30 *Lex* 7. *C. Theod. de cuſtodia reorum lib.* 9. 31 Aliis etiam diebus epiſcopi tenentur id facere, *l.* 22. *infr. h. t.* 32 Diebus dominicis præſides debent cuſtodias inviſere & curare, ut commentarienſes eos tractent humaniter, eisque (niſi de ſuo vivant) præbeant & alimonias & lavacra. 33 Forte in intimis tenebris. *l.* 1. *infr. de cuſtod. reor.* 9. *C. Th.* 3. *l.* 7. 34 *D. l.* 7. libelli, ſuntne libræ farris (ut vult lex 12. tabularum apud Gell. 20. *c.* 1.) aut, ut legi *ibid.* vult Fornerius 1. *ſelect.* 6. ſelibræ? *Libella* hic ſuntne liba (a *libo* deducta) ut vult Accurſius? An potius vox *Libellis* a *libro* deducitur, ut putat Spigelius? An vero a plurali *libellæ* (*libræ* diminutivo) derivabitur? Hoc Alciatus putat 1. *Parerg.* 17. eo ſcilicet ſenſu, ut *chœnix* victualis ſubſtantiæ cuſtodiis ſit præſtandus. An potius cum Forcatulo *c.* 23. *penult. in fin.* dicemus legendum, *Libellis duabus*; in fœminino: & illa voce nummos ſignificari? ut ſit ſenſus: in carcerem conjectis, iisque egenis, *pecuniam ex publico dari*, quanta ad tenuem alimoniam ſatisfacere poſſit, eamque cuſtodiis emi a commentarienſi, ſumptibus *duarum aut trium libellarum.* 35 Ut commentarienſi *d. l.* 7. & male: ſic lege *commentarienſi*, hac ſententia: Judices decernant libellas duas vel tres diurnas commentarienſi diſpenſandas pauperibus cuſtodiis. 36 Decretis: quorum &c. *Hal.* decretis quorum &c. *d. l.* 7. *C. Theod.* 37 Si vera eſt lectio Alciati, & Forcatuli, legendum eſt *quarum:* nec enim vox *libellis*, *libri* aut *libelli* diminutivum eſt, ſed *libræ:* niſi eo relativo intelligamus ipſos nummos, ut ſit ſenſus: Commentarienſi duas aut tres libellas diurnas, pauciores vel plures in uſum cuſtodiarum, quæ inopes ſunt, decerni. Ego vero ita legendum puto, *quæ proficiant alimoniæ, & ſumptibus pauperum, quos ad lavacrum* &c. 38 Id eſt, miniſtris. 39 V. *hujus tit. Epigraphen.* 8. Kal. Febr. *C. Theod.* 40 VI. ſed male *d. l. C. Theod.* 41 *l. penult. Cod. Theod. de maleficis, & mathematicis, & his ſimilib. lib.* 9. & *Syn. Baſil.* 1. περὶ μαθηματικῶν *c.* 17. Mathematici, ſunt impoſtores, qui mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias ſuas, profitentur ſe fata cujusque noſſe, & natalitias ſiderum obſervationes: quibus ſimiles arioli, aruſpices, augures, vaticinatores, ſomniorum interpretes, v. *infr. de maleficis.* 42 Id eſt, libris. 43 V. *l.* 6. *infr. de hæreticis & Manich.* 44 Id eſt, ac jurejurando dato ſe nunquam in eum errorem relapſuros. 45 Tribonianus hic ſomniavit. Rectius Græci εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα, id eſt, ſi poſtea: ut ſit ſenſus, Si poſt hanc legem latam. 46 8. Kal. Febr. *C. Th.* 47 Pars ultima *legis ultimæ C. Th. de poſtliminio lib.* 5. Porro *Chriſtianorum* voce hic maxime intelligit Epiſcopos Chriſtianorum. 48 Senſus eſt: Subditi Romani hoſtium vicini, operam dare debent, ut captivis Romanis libera ſit ad ſuos redeundi facultas. *L.* 5. *C. Th.* 5. *l.* 2. 49 Sub jure pignoris. 50 *L.* 4. *C. Th.*